



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. Exemplum Fidei acquiescentis in promissione & obedientis Deo in uocatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Cum necesse sit omnes homines consequi benedictionem propter unicum Semen Abrahæ, seu libertatem Christum, sequitur OMNES homines oppressos esse maledictione, hoc est, ira Dei et poenitentia propter peccatum.

VIII.

De Vocatione Gentium.

Particula uniuersalis, OMNES GENTES testatur benedictionem Abrahæ, seu beneficia Christi, non solum ad Iudeos, sed etiam ad reliquias gentes pertinere. Quarum Vocatio testatur,

1. Promissionem Euangelij et gratuitam Omnipotenti uersalem esse. Quia non solum Iudei, apud quos uera agnitus Dei et honesta disciplina manebat, etiam omnes gentes, apud quas uera notitia Dei extincta fuit, et mores turpisimè deformati fuerunt, ad societatem æternæ Ecclesiæ uocantur.

2. Monet Regnum Christi non fore politicum, Ceremonias Sacerdotij Mosaici cessaturas esse, omni enim loco et apud omnes gentes offeretur Unigenito Sacrificium Mundum.

3. Amplificat immensam amplitudinem misericordiae diuinæ, quod ex tam polluta massa gentium homines ad æternæ uitæ societatem uocat.

III. Locus.

EXEMPLVM FIDEI

adquiescentis & promissione & obe-
dientis vocationi di-
uinæ.

Præcipuarum uirtutum prime Tabula exem-
pla in hoc principio historiæ Abraham proponun-
tur. Ac ceteris omnibus prælucet FIDE S, quæ, ut
inquit Epistola ad Ebræos, uocatus Abraham obedi-
uit, ut exiret in locum, quem accepturus erat in hæ-
reditatem, & exiuit nesciens quo ueniret. Est au-
tem FIDE S, ut in eodem loco Epistola ad Ebræ-
os definitur, Expectatio rerum sperandarum &
certitudo non apparentium, seu est certus adsensus,
quo omne uerbum Dei nobis propositum, atq; adeo
promissionem gratuitæ reconciliationis propter
Christum promisse amplectimur, & est fiducia, quæ
acquiescit in Deo, petit et expectat auxilium a Deo,
subit pericula & perfert afflictiones propter uo-
cationem & confessionem, quam omnibus rebus hu-
manis præponit. Sic Abraham deserta patria, paren-
tibus, cognatis, nitens sola Dei promissione, obtém-
perat uocationi, & se periculis, uocationem & con-
fessionem comitantibus, exponit.

I I I I .

CONFESSIO ABRAHÆ
fugientis Idolatriam, & discedentis
ex ys